* Tom. i. per inscribi foli, canone iv. Quisquis dixerit, inquit, eandem gratiam Dei, per Jesum Christum Dominum nostrum, quia dulcis caritate in cordibus nostris, donat iustitiae dilectionem, quia immoderata concupiscentia supererit. Non minus hic plena, fortis, ac vires denique concupiscentia gratia prohibetur. Tum in libro de gratia Christi, capite xxvi. Ac per hoc, inquit, gratiam Dei, qua caritas nos adiuvare non ad peccandum, sed quod non possimus. Hujus genitrix cum infinita sint exempla in libris Augustini, pauca hic in specimen aferant. Libro quarto ad Bonifacium capite v, Pelagianam gratiam cum Catholicam comparans, illam cognitione sola, hanc operum efficientia metitur. Legem quippe diversi, ait, locationum modis, & varietate verborum in omnibus disputationibus suis volunt intelligi gratiam; ut scilicet a Domino Deo adiutorum cognitionis habeamus, quo ea, que facienda sunt, noverimus: non inspirationem dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus: que proprii gratia est. Nam scientia legis sine caritate inflat, non adiutoria. Hic Augustinus Christi gratiam veram, & proprii dictam, quam Pelagianam impugnabat heresis, ac esse caritatem non tenuem, & imbecillam, sed vegetam, efficacem, & operatricem.

* Cap. 11. & 40. & aliis. Rursus Augustinus in * libro de Natura, & Gratia, Pelagianam gratiam refellens, eique Christianam opponens, illam ait in possibiliate bene agendi, & cœaudiendi peccandi ab illis confitui; sed naturaliter infinita, hoc est in libero arbitrio: alteram vero, in alio generi possibiliatis confitire, que est gratia, Christi adepta meritis, five caritas, aut voluntas hominis adiuta per Dei gratiam. Si enim possibiliitas naturalis, inquit, per liberum arbitrium, & ad cognoscendum quomodo vivere

ilos recidunt incommoda, & absurdia, postea demonstrabimus. Nunc istorum rationes expromenda sunt, & ad Catholicam regulam exigenda.

C A P U T V .

Armacanos nullam Christi gratiam medicinalam agnoscere aliam quam caritatem, hoc est perfectam, demonstratur ex quinque argumentorum locis, quos in eam rem afferunt.

I. Q UINQUE locos argumentorum supra capite primo percensuimus, quibus Armacani gratiam Christi medicinalis in eo sitam esse rationem probant, ut sit caritas inspiratio, qua sit, ut Deum verè, finit, & ut oportet diligamus. Ex illis primus locus eas Augustini sententias colligit, que gratiam, de qua S. Augustinus satagit, & de qua proprii cum Pelagianis controversia fuit, eam esse demonstrant, qua sit ut homo, qui ante fuit voluntatis male, habeat voluntatem bonam. Hanc porrò malam, bonamque voluntatem ita describit citatus ibidem Augustinus libro secundo de peccatorum meritis, & remissione, cap. xviii. Quocirca quod à Deo nos avertimus, nostrum est; & hec est voluntatis mala: quod verò ad Deum nos convertimus, nisi ipso excitante, & adjuvante non possumus; & hec est voluntas bona. Hinc esse consequens dico, gratiam, five adjutorum medicinalis Christi, de quo lis inter Augustinum, & Pelagianos fuit, nullum aliud est, quam perfectam caritatem, quia super omnia diligit Deus, quecumque peccandi voluntatem, & affectum excludit omnem. Et enim si nulla est alia Christi gratia, præter eam, quia Deum, verè, finit, & ut oportet diligimus; quia est caritas, five bona voluntas: cum eadem bona voluntas est ejusmodi, quia super peccato nos avertimus, & ad Deum nos convertimus; quemadmodum mala voluntas est, quae nos à Deo avertimus, & ad creaturam convertit, sequitur hanc ipsam averionem à peccato, & conversionem ad Deum, ab ea effici gratia, quia sola medicinalis Christi auxilium dicitur: & que illo caret effecto, non est Christi gratiam: hoc, inquam, Armacana ista doctrina, & ratiocinatione necessario concluditur. Atqui vera, finit, & qualem est oportet, afferio peccato, & convercio ad Deum, omnem peccati effectum, ac malam voluntatem ex animo ejicit. Si enim peccare adhuc delectat, & pectora cuiuspiam voluntatis nexibus irretitus, ac confrictus tenetur, neque verè, ac sincerè, nec ut oportet aut à peccato est averitus, aut ad Deum conversus. Quare nondum vera est adiutorius Dei gratia; qua sola veram istam conversionem efficit; cum nulla sit, ex novo illo dogmate, que non revera hoc efficiat, hoc est efficax sit. Quicunque ergo motus est animi, qui peccatores ad Deum perficit non convertit, nec avertit à peccando effectu: quod plenus est ac perfecta voluntatis, id est caritatis: alienus est à medicinali adjutorio Christi.

II. RURSUS ad ejusdem constituendam gratiam proprietatem, que eam à Pelagiana distinguunt, Augustini testimonium afferit, quod illam esse bonam voluntatem indicat, five caritatem. Cum enim Pelagius * possibiliter aget, litat, non peccandi, five * gratiam, fine qua nihil boni possumus facere, que est Christi medicinalis gratia, in idem natura, & libero arbitrio collocaret, ut referat * Augustinus: hic ex adverso pro Catholicis fidei fians, cap. 14. B. possibiliter * contendit esse Christi gratiam, five voluntatis: tales ii sunt arboris fructus, qui hanc ab excisione, & incendio liberare nequeunt: de quibus in illo ipso capite, ac ferme de arbore bona & mala, ita loquitur * Christus: Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum calorum. Equis ergo fructus bona arboris proprii? Sed qui facit, inquit, voluntatem Patris mei, qui in celis est. Itaque gratia illa Christi, de qua loquitur Augustinus iis in locis, quos citat Armacanus, non est quælibet motio voluntatis, sed efficax, actuosa, vegeta, firma, operativa bonorum, ac perfectorum fera.

IV. TERTIUS est locus argumentandi, quo gratiam Christi medicinalis Armacani probant veram esse propriè dictam caritatem; quod Augustinus gratiam Christi medicinalis docet esse suavitatem, quia fit ut diligimus Deum. Quippe gratia illius confessionem à Pelagianis querit, quia fit ut peccata caveantur, tentationesque superuentur. Hinc autem, & ex omnibus Augustini senten-

tis;

242 tis, quas ad illud adstrandum colligunt, id ipsum, quod haec tenus pugnamus, efficitur, nullam esse medicinalem Christi gratiam, prater robustam, firmam, & operum molitricem caritatem; initiali autem animi affectum, qui in sola voluntatis, eaque rudi, & imbecilla motione consilfit, non esse gratiam Christi. Etenim talen isti caritatem querunt apud Augustinum, ejusque verbis, & auctoritate confidunt, qua & peccata carentur, & tentationes superantur. Quod profecto non cujuscumque caritatis officium est, sed actuosa, ac Deum omnibus anteponens, non inchoata, nec perfectum adhuc robur adepta. Nec aliud Augustini testimonia praे se ferunt, qua ab illis citantur. Ut quod in Epistola lxxxix scribit: *Qui autem sic audiunt quod ait lex: Non concupisces, ut hoc quia dicieris, sufficeret sibi arbitratum, nec adiutorio gratia Dei ad faciendum quod iustum est dari sibi virtutem credam, & laminosissima caritatis, in scriptis Pelagiū non appareat omnius queritur capite xxxv. Tale, inquam, auxilium, quo adjutetur mens hominis ut id, quo faciendum esse dicitur, etiam dilectionis, & actione perficiatur, ait capite xli.* Cui contentanea sunt ab illis prolatā cetera Augustini testimonia: *tum vero Concili Carthaginensis canon quartus, qui falso Milevitano tribuitur in quo gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum propter hoc adjuvare nos dicitur, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus, atque valeamus.*

CAPUT VI

1. Repetuntur summatim que in prioribus capitibus disputata sunt, ac per hanc gratia Christi sententia Anemos ostenduntur, qui eam perfecta caritate circumscribunt. 2. Idque perpetuan Augustini auctoritate defendere. 3. Quod ut probatio, explicatur paucis Pelagiana hæresi. 4. Tum Semipelagiana. 5. Contra priorem disputans Augustinus gratiam estimationem sumptu, qua est operum effectrix. 6. Contenduntur inter se gratia ab Augustino tradita, & Pelagiana. 7. Et illustrantur.

V. I^{TA} quartum genus argumentum eandem commendat gratiam, actus omnium scilicet, & operum effectricem, cum ex Augustino probare student Armacani, illud esse verum adiutorium Christi, quo divinitus adjuvamus, ut declinemus a malo, & faciamus bonum, quibus duobus universalis iustitia homini comprehenditur. Idque omnes Augustini ab illis prolatā sententia confirmant. Ut quae ex libro de Spiritu & littera, fine capituli xiv proponuntur. *Mandatum si sit timore pene, non amore iustitia, servitius fit, non liberaliter: & ideo non sit. Non enim fructus ei bonus, qui de caritate radice non surgit. Porro autem si adfis fides, qua per dilectionem operatus, incipi condelectari legi, &c. Hic si gratia Christi in amore iustitiae, & fide per dilectionem operante ab Augustino significatur, & in fructum seruenit caritatem: profecto quacumque hoc ex loco, & ceteris, que sunt similibus concepta verbis, medicinalis gratia Christi, ac Pelagiana opposita confitetur, operatrix est, & fructifera; nec alia dici Christi gratia debet, nisi qua operis est effectrix, hoc est adiutoria jam & robur adepta. Sic qui ab iisdem Armacanis afferunt locus ex Epistola Augustini cxx, nullam aliam, nisi perfectam caritatem sonat, expulserint timoris, & concupiscentias dominicem, ac legis observantem, id est præceptorum operum executricem, ut & alia ex Augustino eodem adjuncta loca demonstrant.*

VI. IDIPSUM quinto ex argumentorum capite, & ad hoc adscriptis Augustini testimoniis apud Dogmatistas, ostenditur. Siquidem illud solum, unicum, & verum gratia Christi, & gratia novi Testamenti adiutorium, contra naturam, legem, doctrinam, præcepti cognitionem, peccati remissione differtur: illud, inquam, quo dilectionis iustitia, seu caritas diffunditur in cordibus nostris, ut ex ista Dei dilectione præcepta faciamus, quartæ fe, & ex Augustini locis demonstrare profertur. Hoc autem non quodlibet est auxilium gratia, vel voluntatis impulsio; sed ejusmodi planè, quod vegetum sit, ac firmum, atque perfectum.

Non aliud significant Augustini sententias omnes, quibus ad hujusmodi probandum gratiam utuntur, quae partim ex libro de spiritu, & littera; partim ex libro de gratia Christi petitis sunt: pance ex aliis libris excerptae. Omnes autem eō conspirant, ut Christi gratia sit adiutoriorum validum ac perfectum, quo non solum velimus quod bonum est, sed etiam operemur. Sic enim in libro de spiritu & littera, capite xxv, gratia Christi, five novi Testamenti, in eo posita dicitur, quod Deus

adjuvet nos ad operandum iustitiam, &c. diffundendo caritatem in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datum est nobis. Et capite xxvi, *Eadem gratiam in eo definitam ait, ut scribantur leges Dei in cordibus hominum, &c. Hoc donum Spiritus sancti est, quod diffundit caritas in cordibus nostris: caritas non quilibet, sed caritas Dei de corde puro, & conscientia bona, & conscientia non ficta.*

In Libro porro de gratia Christi, Pelagium redarguit, quod Deum neget adjuvare hominem, * dilectionis. ^{Lib. de} *nam inspirando, ut id quod faciendum esse noverit faciat.* ^{Gr. Chr.} Et in quinto, ac sexto capite, talēm describit eandem cap. 3. gratiam, qua adjuti res ipsa, & aucto ipso, ut loquuntur, operamur. *Quia gratia (inquit capite xxi) agitur non solum ut facienda noverimus, verum etiam ut cognosciamus.* Hoc idem adiutoriorum bene agendi adjunctionem naturam, atque doctrinam, per inspirationem flagrantissimam, & laminosissimam caritatis, in scriptis Pelagiū non appareat omnius queritur capite xxxv. Tale, inquam, auxilium, quo adjutetur mens hominis ut id, quo faciendum esse dicitur, etiam dilectionis, & actione perficiatur, ait capite xli. Cui contentanea sunt ab illis prolatā cetera Augustini testimonia: *tum vero Concili Carthaginensis canon quartus, qui falso Milevitano tribuitur in quo gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum propter hoc adjuvare nos dicitur, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus, atque valeamus.*

LIBER III; CAP. VI.

243
Pela. 243
cap. 2.
Pela. 243
cap. 2.

diligitor Deus. Atqui plures voluntatis motiones, quas ad iustificationem obtinendam synodus Tridentina disputationes nominat, affectum illum perfectæ dilectionis antecedunt; & eadem nihilominus ad veram Christi gratiam, & auxilia propriæ dicta pertinent, uti * supra demonstravimus.

Deinde quamvis Armacanis igniculos istos inchoatae, necrum perfectæ dilectionis in cœnū referat medicinalis gratia Christi, & utcumque alii in locis de vera Christi gratia loquuntur, & sentiant; tenet tam in hoc ipso, quod quam unicam docet esse gratiam Christi, & quam ex Augustini dictis informare, ac probare studet; ex illis ipsius Augustini sententiis talis ea confitetur, & exigit, quod non rudis, & inchoata sit, primisque veluti conatus & impetus emergentis ex peccati statu voluntatis: sed robusta & ad operandum efficax, & vegeta illius impulsu. Quam in plerisque citatis ex Augustino testimonii appellari vidimus, fidem qua per caritatem operatur; vel dilectionem illam, qua est plenitudo legis. Cuiusmodi sane non quicunque est caritatis affectus, nec exiguum, & quasi adumbratum medicinalis gratia lineamentum: sed maturus jam & adulstus gratia vigor; qui plenis ac perfectis viribus ad agendum hominem instruit, ut ad observanda Dei præcepta, & exequenda virtutum officia convalescat.

Quamobrem cum alterutrum horum neceſſe sit; vel absurdissime de Christi gratia scripsisse, ac sibi ipsi contradicere sanctum Augustinum, si Armacani bona fide mente eius interpretati sunt; vel illis ad hærem suam roborandam illius auctoritate abusus esse, si in recte sentiendo constans sibi fuerit: quis non posterius hoc præcepit, ac præponat alteri, facileque det istos nihil ad Augustini tractationem prater occupatum studio partium animum, ac veritatis incitam attulisse? quod ego planum ac perspicuum, ut spero, deinceps omnibus faciam; certa potissimum notatione, animadversio neque tradenda, qua quidem ad Augustini intelligentiam non utili tantum, sed etiam necessaria, funditus illi caruerunt.

III. EORUM, qui in oppugnanda Christi gratia adversantur sibi nati sunt Augustinum, duplex genus omnino fuit: Pelagiani, & qui Maffilienses, ac Semipelagiani postea vocati sunt. Sed cum prioribus antiquis, & diutiniis, adeoque pertinacius certamen ille suscepit: cum posterioribus vero, inclinante jam ætate cœpit configere; cum à Prospéro, & Hilario de suborta hæresi Pelagianæ nova illa propagine esset admotus. Quo tempore libros elucubravit duos; unum de *Prædestinatione Sanctorum*; alterum, *de dono Perseverantie*: quibus ea complexus est, quæ ad Semipelagianos istos proprie pertinebant. Igitur ut erant diuarum illarum dogmata fationum, & principia, quibus innitebantur; ita quo aduersus singulos disputavit, ad eorum usum temperare studuit; & gratia Christi, de qua contendebatur, qualitatem, efficientiam, ac proprietatem constituit. Pelagius gratia Christi, quæ quidem proprie sic vocatur, necessitatem funditus, & universè suffulit; afferens abique illa posse hominem non converti solum ad Deum; verum etiam perfectum tam honesta, quam Christiana vita statum, adeoque sempernam salutem adipisci: tametsi tum ad regni celestis obtinendam gloriam, Christi notitia absolute necessaria illi visa sit: tum ad idem illud assequendum, reliqua omnis gratia magis utilis, quam necessaria. Hanc Pelagi hærem fuisse, testis est qui id ubique predicit Augustinus. Ut cum in Epistola cxxv, *novam quandam, sit, hærem insinuicam gratiam Christi contra Ecclesiam Christi conari exurgere, hominum scilicet, qui tantum audent infirmati humane tribuere potest, ut hoc solum ad Dei gratiam pertineat contendant, quod cum libero arbitrio, & non peccandi possibiliter creati sumus, & Dei mandata, quæ à nobis implentur, acceptimus.* Ceterum ad eadem mandata servanda, & implementa nullo divino adiutorio nos egere. Sic Epistola Synodica Concilii Carthaginensis, qua inter Augustinianas nonagefima cenfetur, assertor, hærem eandem nullam aliam Dei gratiam agnosceret, prater voluntatem hominis propriam, quæ legem Dei possit implore. Et, nullum relinqueret locum gratia Dei, qua Christiani sumus. Et Hier. ad Geop. col. 814. Vide Tom.

* Hier. ad Geop. col. 814. Vide Tom.

IV. UT autem melius hoc intelligi possit, expendum illud est imprimit, quis sit communis de gratia Christianorum sensus: & quæ sit antecepta illorum mentibus rei istius informatio, quam Graci *et Aug.* vocant, cum de gratia cogitant, aut loquuntur. Nimirum auxilium aliquod Dei statim animo describunt; quo ad vitam laudabiliter instituendam, & ad Christianarum officia virtutum, & bona opera præstanta; ac postrem ad æternam vitam comparandam divinitus adiuvavunt: quem ad usum finitè adeo illam necessariam agnoscunt; ut sine ea boni neque facere aliquid in vita, neque post mortem consequi possimus. Hanc Christi gratia notionem docti indocti pariter animo versant, cum de ea fermo illis oritur; nec olim Pelagianos inter & Catholicos illa fuit de ista communis gratiae significatione difensio. Verum in confutando gratia, auxiliique genere, summa inter utroque contentione certatum est. Ac Pelagius quidem de gratia, ejusque necessitate sic universè sentiebat, ut multis abundantibus aliquando dixit: * *Anathemo qui vel sentit, Pelag. apud Aug. vel dicit, gratiam Dei, qua Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, non solum per singulas horas lib. 1. de Gr. Chr. aut cap. 2.*

aut per singula momenta, sed etiam per singulos actus nostras non esse necessariam: & qui haec conantur antiferre, penas sororinunt aeternas: Cujusmodi & Catholicorum ipsam, & liberum hominis arbitrium, vel peccatorum remissionem; vel legis notitiam, ac scientia revelationem intelligebant; ita ut ad sublevandam, corroborandamque voluntatem, nullum in eam propriè, ac proxime derivarent auxilium, quod illius imbecillitatem licentiam. Intelligimus enim gratiae nomen, & efficientiam, hoc est medicacionem animorum, sic late patere, ut corporum curationem: ac precipuum illius opus, & ad quod adhibentur, comparanturque reliqua, scilicet peccati absufera labo & agititudine, anima sanitatem restituere. Sed ut eò perveniantur, multa prius agi, efficaciter operari; & rudimentis quibusdam, inchoationibusque virtutum, ac certa veluti disciplina paulatim ad summum ultimumque provehi. Quem progressum suprà, capitulo secundo, ex Tridentini Conciliis auctoritate descripsi.

VII. AMBo ista gratiae genera declarat, & sibi multo opponit Augustinus cum multis in locis, tum in calce epistolæ cxiii, ubi primum callidam, & ambiguam de Christi gratia mentionem à Pelagio factam queritur in epistola ad Demetriadum virginem: in qua non satis explicabat, cuiusmodi gratiam intellegere, eamne, qua ad solam scientiam, aut externam predicationem, atque ejusmodi cetera referunt; an potius tantas voluntatis vires, tamquam dilectionis ardorem ex spiritu sapientie manantem, qui sufficiat ad implendam magnitudinem continentia: qualem à Deo postulandam fecundum.

*^{Sap. 3. vit.} ^{21.} impetravitque * Sapiens. Tum ita pergit scribere: *Satis enim dici non posse, quantum cupiamus in eorum hominum scriptis, qui propter acrimoniam, atque facundiam leguntur a plurimis, apertam confessionem illius gratiae reperi, quam vehementer commendat Apostolus, qui etiam ipsius measuram fidei, sine qua impossibile est Deo placere, ex qua iustus vivit, qua per dilectionem operatur, antequam, & fine quoniam nullaque bona opera existimanda sunt, quoniam omnes quod non est ex fide peccatum est, Deum dicit unicuique parvum. Nec sola revelatione scientie nos deinceps adiuvari, ut pè, iustificare virum, que sine caritate infat, verisemper inspiratione caritatis ipsius, que plenius legis est, & que cor nostrum ut scientiam influet, adiuvat.*

Hic perspicuum est, Augustinum utramque gratiam Christi, quam & Pelagium, & Catholicos predicabant, talem exprimere, qua bona opera sunt, & virtutum officia praestantur. Certè veram & Christianam gratiam hujusmodi Lectoribus objicit, que ad implendam continentia magnitudinem sufficit: & ex qua iustus vivit: qua bona opera nostra reddit: que plenius legis est.

Omittit cetera Augustini loca, in quibus duo inter se comparantur illa gratia genera: quorum haud paucalibet * collegimus. In quibus omnibus talia opponuntur inter se adjumenta gratiae, que Pelagius, & que Augustinus assertabant, ut perfectam utraque caritatem, preceferant. Merito id quidem, nam & aliquo iustitia res est, & more hominum recepta, ut cum de naturali aliqua potentia, & facultate, vel de arte, & scientia disputamus, ac naturam illarum, & efficientiam explicare volumus, cum ex multis ictum illarum, & actionem, effectiōnē nominemus, que est omnium principia, & ad quam cetera tendunt ac referuntur, velut ad ultimum finem, quo iustum esse possunt artis, aut facultatis actiones. Sic medicinam definimus eam artem, que agris corporibus sanitatem restituit, ac morbos depellit. Atqui non ea sola est effectio medicina, proxime curare morbos, ac sanitatem reddere: sed sunt alia plurima ejusdem artis opera, que in morbum ipsum, aut sanitatem nihil ex propinquuo actionis exercent: sed ad principalem efficientiam aliquam ratione conducunt: velut est herbas legeres, & alia necessaria comparare ad morborum remedias, idque suis temporibus, ac certis opportunitatibus facere, vitum quotidianum, ac diutinam praescrivere, explorare venam, scrutari corporis temperiem; & id genus infinita alia, que cum ex scientia, & praescripto illius artis admisissentur, nihil tamen in morbum per se, sed ex longinquio molientur; & ad primarium artis opus apparandum, gubernandum, dirigendum, exquidemque conferunt. Idipsum de architectura, pictura, & reliquis fere artibus usurpare licet. Nam si architectura quid sit, sive portus Graecæ, *singulare meum*, roget aliquis, statim responderetur, artem esse misteriorum Dei de peccatis dolendo configimus, vel a peccato abstinenus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere.

Hec synodus decreti sanctio novæ sectæ principes non quidem ad sanitatem, ac bonam mentem revocare potuit: sed hoc egit interim, uti sensus animi sui teat, & obscurius exprimeret, atque inconstantia sermonis, & ambiguitate Lectores in diversa distrahent; quo minus ad intimum eorum, arcaniusque dominum curarent, possentem pertingere.

II. CERTI

II. CERTI dux illorum & antistites, cum de ea questione disputat, sic impeditus, & perplexus est, ac secundum aedico disconvenit, ut apud hunc, parturientis feminæ nixum morosa quadam & scrupulosa verborum anxietas imitata videatur.

Primum ille timorem gehenna, sive pœna in se consideratum, sive parvum, sive magnum, sive remissum, sive intensum, esse utilem ac bonum fatetur, quod ita definetur Tridentina Synodus. Verum paulo post, illam ipsam professionem veri dogmatis quibusdam additamentis inficit, & ab Synodalibus decreti sententia detorquet; quasi cum adverbaris, quos illo canonie confitit Synodus, colludere, ac prævaricari insisterit; quod postea demonstrabitur. Nam timorem illum gehennam, si in illo habeatur; hoc est nisi ex caritate proficiatur, inordinatum vitiosumque fieri dicit, cum ex se sit bonus. Quemadmodum licita, bonique est, ait, voluntas assumendi eis, & potus, appetitus tuenda salutis corporali, concubitus inter conjuges, scientie comparanda studium, & infinita similia: que tamen ignorat, ab his, qui in hujusmodi rerum delectationibus hanc, per quas eis transcedunt, erat, gula, luxuria, curiositas, vanitas peccari? Nam hoc ipso, quo in rebus sicut modi, voluntas jucundis, vel medicinale auxilium novi Testamenti; præterquam eximiam ac perfectam dilectionem, qua Deus propter se, vel propter seipsum justitia diligitor. Nec motus animi ceteros, qui affectum illum antecedunt, atque ipsum aedico gehennam metum, quo a peccandi voluntate initio absterrent homines, alienum ab eodem illo genere gratia medicinalis statuerit, aut solis imputabili naturæ viribus. Quod quidem ab Armacanis fieri, & germanos ideo Pelagianos meritò censendos esse, in sequentibus demonstrare permag.

C A P U T V I L

1. De metu gehenna, quem bonum esse Catholica fides docet in Tridentino Concilio statuta. 2. Armacanorum interius & gehenna Dei timorem. 3. Quam negant ex Christi esse gratia. 4. Sed ex Tridentino ipso decreto refutantur. 5. Eorumdem ictus & perplexa ratio. 6. Littere de eodem metu, & ex eo suscepit dolore damnata opinio. 7. Planè eadem quam inflauarunt Armacani.

I. **U**i gratiam Christi medicinalem, sola vera caritatis inspiratione definitum, nullum illius effectum esse dicunt, præter dilectionem propriè dictam, que justitia propter se, sive suape causa est, qui iustitia est, amatur Deus. Ea nova secta est opinio, quam illius princeps iis verbis complectitur: *Gratia Christi tantummodo ad diligendum in cuiusvis præcepti impleione Deum, necessaria est: tum alius, que initio libri hujus expouli. Ex quibus sequi videtur, pœna ac gehennam metum, & quia ex eo proficiuntur opera, non ex Christi gratia derivari; & ea ipso bona, & honesta non esse: immo mala esse potius. Quod enim ex caritate non fit, id ex nulla fit virtute: ut et corumdem Armacanorum sententia; qui virtutem omnem, esse caritatem existimant. Quod autem sine virtute agitur, si ex libera voluntate pendet, in malo ac vicio numeratur.*

Atqui * Tridentinum Concilium anathema esse decrevit, *Si quis disserit, gehenna metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo configimus, vel a peccato abstinenus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere.*

Hec synodus decreti sanctio novæ sectæ principes non quidem ad sanitatem, ac bonam mentem revocare potuit: sed hoc egit interim, uti sensus animi sui teat, & obscurius exprimeret, atque inconstantia sermonis, & ambiguitate Lectores in diversa distrahent; quo minus ad intimum eorum, arcaniusque dominum curarent, possentem pertingere.

nibus reliquis cernitur, que nec laude per se, nec vitiuperatione digna sunt, sed media, & indifferentes habentur, ut dixi, ac pro voluntatis ufo, & impulsu, ad genus alterutrum pertinent. Jam si eamdem putat esse rationem timoris illius, & operis, quod ex eo in vehementer fallitur, ac tam à scipto, quod ab Catholicis regule differt, quam ipse fibi ex Tridentini Concilii canone praescripsit. Etiam Tridentini Patres de preparationibus illis agunt, quibus ad iustificationem, id est sanctitatem, ac iustitiam capienda, idonei sunt homines; quas quidem interiori animi per motione, & inspiratione contare docet, * hoc est per existantem, * Tri- & adjuvantem Dei gratiam effici; qua convertuntur eidem Conc. gratie libere affectuant, & cooperando: ita ut tangente Cor. homini per Spiritus sancti illuminationem, neque cap. 5. cap. 6. s. 6. Deo homini nihil omnino agat, inspirationem illam recipiat; quippe qui & illam abiciebat potest; neque tamen sine gratia Dei movere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate potest.

Quod igitur ex illa gratia, & contentiente voluntate proficiuntur, neque naturalis est, neque indifferens actio, sed bona est & honesta. Nihil enim, nisi quod est hujusmodi, ex inspiratione Spiritus sancti, & gratia est proficiuntur. Multo vero minus malum ac vitiosum illud esse potest, quod ex afflato illo, operationeque gratia, ac sancti Spiritus efficitur.

V. In quo quis Armacanorum ἀλογίαν pro merito calcitare potest: qui in scipis turpiter incurunt, & priora decreta polterotibus, iisdemque contrariis eventunt. Postquam enim timorem gehennam in se consideratum, utili, ac bonum esse statuerunt, Tridentina Synodi auctoritate permoti; mox istam ipsam valere jubentes, ac ludibriis habentes auctoritatem synodi, eundem, nisi ex caritate prodeat, hoc est nisi id quod erat esse definit, gehenna metum vitiosum ac damnum esse decernunt. Atque de timore illo gehenna proposita quippe est, non qui ex caritate suscipitur, & ab ea imperatur, ac dirigitur. Stulta enim est ista dubitatio, an sit bonus; cum quidquid ex caritate sit crita controversiam bonum sit. Sed de hujusmodi metu dubitatur, ac queritur, qui citra caritatem, per se, ac natura sua, & proprietate censetur. Vide enim unde & quendammodum concepta sit ab Armacano ista quæstio. Dixerat, & latissime hacenus probaverat, gratiam Christi medicinalen ad opera solitus dilectionis, quæ in virtutibus omnibus Christians implicatur, necessariam esse. Ex quo quid movere quæcumque posset, ita subiungit: *Hinc vero dubium alium subnasci posset, quid de operibus ex timore damnationis, seu gehenna projectis existimandum sit. Nam illa videatur esse opera verè bona; quan- doquidem atritio ex isto timore nata, etiam sit dispositio ad iustificationem, dummodo sit conjuncta Sacramento Penitentie.*

Apparet hic de timore damnationis inquiri, ac dubitari, non qui ex affectu caritatis oritur; cum jam definitum, definitumque esse dicat, ad hujusmodi opera, quæ sunt ex dilectione, gratiam Christi esse necessariam: sed de timore illo per se, & in propria ratione confidato, quæ pœna est, ac gehenna horror, & fuga, tamquam mali, & incommodi proprii. Talis enim intelligitur timor, qui cum Sacramento Penitentie preparatio esse dicitur ad iustificationem: non ille qui ex caritate proficiuntur.

VI. De istiusmodi ergo timore, qui à caritate diversis est, & eam praecedit, omnino disputare instituit Armacanus: cumdémque mox propter Tridentinum decretum, utili, ac bonum esse decernit. Nam & Tridentinum Concilium, ut supra demonstravimus, de affectu illo timoris canonem suum edidit, non qui ex caritate nascitur; sed qui, ut dixi, dispostio est ad caritatem, & iustitiam. Nec multum acute est hominis hoc partim ex capite sexto Sessionis sextæ; partim ex canonis octavi verbis colligere. Si quis disserit (ait in Canone) gehenna metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo configimus, vel à peccato abstinenus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere, anathema sit.

Quod decretum non adverius mortales illos conditum est, qui metum gehenna ex affectu caritatis ortum peccatum esse statuerint. Nec enim fando istud hacenus est auditum. Sed aduersus recentiores hereticos, imprimisque Lutherum; qui de timore gehennæ, déque contritione ex illo suscepit idem proflus, atque iisdem Hh 3 prope-